



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

13 De oratione indefinita, eiusque vi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)



dum existimantur primæ opinionis auctorem fuisse Innocentium in d. c. ex literis. cum is hanc secundam, quæ communis est, satis aperte comprobet, tamen si consule, & perplexe citaverit d. l. si mercedem. §. 1. quod potuit præfatis Dd. anam præbere. ut Innocentius prioris opinionis auctorem esse conferent. Sic & idem Card. in d. c. ex literis. q. 13. vt & frequentius plerique alij, hanc vltimam sententiam ex Innocentij verbis deduxit.

Secundum quod in hac questione dicendum est, me quidem satis dubium habet, quæ scilicet ex his decisionibus verior sit: quamobrem ingenue fateor rem esse disputatione dignam, & quæ ambiguum habet diffinitionem ex pluribus, quæ Lambert. & Car. Molin. in prædictis locis adducunt.

Tertio, utcumque sit, priorem sententiam veram ipse crediderim eo casu, quo ius patronatus competit domino ipsius fundi, qui vniuersitate constituat. nam si ius patronatus competens cuidam, vt domino alicuius ciuitatis, in emptorem ciuitatis transit, nulli dubium erit, quin & ius patronatus competens alicui, vt domino fundi constitutentis vniuersitatem in emptorem transeat, pro quo est singul. rex. iuxta Card. inductionem in c. cum Bartholdus. de re iudi. siquidem curia illa fundus est, qui vniuersitatem efficit eo pacto, quo superius intelleximus. l. cum fundus. ff. de legat. 2. quæ ratio ne si quis apud nos habet fundum, quem vulgo dicimus hereditamento, & eum certo nomine præditum, intra quem ius patronatus vt dominus fundi haberet, item alia iura, quæ vniuersitatem constituerent, minime dubitare asserere ad eius fundi emptorem ius prædictum patronatus ecclesiastici omnino pertinere.

Posterior autem questio ea est, an venditio omnium bonorum ius patronatus ecclesiastici includat? & omnis variis casibus, in quibus proponi poterat hæc dubitatio, vnus tantum attingam in hac specie, cum quis dixerit, vendo omnia bona mea, & tunc ius patronatus in eam venditionem venire tenent Abb. in d. cap. ex literis. Rochus in verb. ipse, vel is. quasi. 23. Dec. consil. 127. Bald. consil. 1. vol. 3. quia bonorum appellatio vniuersitatem continet, sicut & hereditas. l. bonorum. ff. de verb. signif. verum ex prædictis satis liquet, hanc orationem, vendo omnia bona mea, esse vniuersalem ratione signi, & ita distingui ab indefinita, non autem esse vniuersalem ratione rei, id est, non significare vniuersitatem, imo hoc respectu generale potius esse, vt Bar. scribit in d. l. si ita. quod si verum est ius patronatus in emptorem minime transire, nisi vendita vniuersitati coherere, hæc autem venditio ad vniuersitatis venditionem nihil attinet, planum erit ius patronatus ecclesiastici, huius tituli ratione ad emptorem non pertinere, quod tradunt Innocentius. Ioan. And. Card. q. 11. in d. c. ex literis. Paul. Eleazar in disput. incipienti. patronus S. Martini. col. 10. quem retulit. Fel. in c. casus. num. 8. de præscr. minime hæc in parte ab eo descendens. eandem item sententiam sequitur Lambert. d. quasi. 5. art. 14. Dec. in c. sedes de rescript. Ioan. Milis in reperitorio. in verb. patronatus ius, nec oberit huic opinioni prædicta l. bonorum. Est enim verum bonorum appellatio vniuersitate contineri, quando agitur de successione alicuius, nam tunc verbum, bona, pro hereditate accipitur, & ita vniuersitatem significat.

His sane præmissis, plura quæ iuris vtriusque interpretis variis propositis distinctionibus adducunt, vno tantum axiomatico complectar in hunc modum, oratio indefinita, & ex propria significatione omnino ab vniuersali distinguitur, tamen quandoque ex subiecta materia, vel ex coniecturis adhibita benigniori interpretatione in vniuersum accipienda sit. Huius conclusionis ratio deducitur ex eo, quod licet præmissum, propositio vniuersalis diuersa est ab indefinita, & id Aristoteles docet, est asserit, vniuersalem orationem esse eam, quæ omni aut nulli inesse significat, indefinitam autem eam esse, quæ inesse, aut non inesse significat sine signo vniuersali, nec particulari. id etiã probatur auctoritate Iuriconsulti, in l. si seruitus. versic. & humanius. ff. de seruit. vrb. præd. vbi Bart. Bald. & Doctor. notant indefinitam ex propria significatione nequaquam equipollere vniuersali, sed potius ex æquitate. idem Bart. in l. omnes populi. num. 57. ff. de iustit. & iur. Ioan. Crot. ibi super 3. q. 6. q. princ. Bart. in l. 1. ff. de reg. iur. idem in l. si pluribus. ff. de legat. 2. Dominicus. & alij in cap. vt circa. de elect. an 6. Dec. consil. 3. colum. 3. & hæc est opinio communis secundum Dec. in l. 1. num. 12. & ibi Cagniolus numer. 8. de reg. iur. verum aduersus hanc opinionem vulgo receptam inducitur à Soc. egregia Iuriconsulti decisio in l. 2. ff. de liber. & posthum. vbi in hac specie, ex heredo filium meum, si testator plures filios habeat, nullus censetur exheredatus, & in auctore Iuriconsul-

to ex benigna interpretatione. igitur ex vera, & stricta, & propria significatione illa oratione indefinita vniuersali equipolleret. Omnis tamen responsionibus ibidem ab eodem Soc. adductis Philipp. Deci. in d. l. 1. scribit ex generali equitate indefinitam propositionem vniuersali equipollere, & ex propria significatione, eam tamen generalem equitate in specie d. l. 2. cessare ex speciali quadam benignitate, quæ obstat odiosam esse filiorum exheredationem, & ideo restitui ex benignitate, speciali quidem respectu generalis vniuersitatis, ex qua solet equipollere: vnde benignitas ibi non est accipienda respectu propria & rigorosa significationis orationis, sed respectu generalis benignitatis, quæ contrariæ significationi admittit, sicut equalitas generalis dicitur, patet esse seruanda l. 1. ff. de pactis. specialis vero æquitas quando docet non esse pactiones seruandas. l. 1. ff. de minor. l. bona fide de post. adhuc tamen non obstante hac responsione, Iuriconsulti verba communi opinioni aduertuntur, nam iuxta Decij intellectum potius esset in casu d. l. 2. illa interpretatio adsumenda ex propria dictionis significatione, & ex rigore verborum, quam ex benignitate, nec esset aliquo pacto necessaria isthæc benignitas, si verum esset indefinitam ex rigore non equipollere vniuersali. Quamobrem aliter ego verba Iuriconsulti interpretari conabor, & profecto verissime, fallor, opinor in ea specie, benignam interpretationem dicitur illa, non ex eo, quod indefinita vniuersali non equipollat, nam hæc attento, esset potius dicenda propria, stricta, & vera interpretatio; sed ex eo, quod indefinita in nullo filio loci habet, nec admittitur, quod est contra propriam orationis indefinitæ significationem, quæ affirmative concepta alicui inesse significat, & in aliquo admittenda est ex Aristotele igitur eam in nullo admitti per Iuriconsultum benignitas efficit aduersus ipsius orationis indefinitæ rigorem.

Ex prædicta tandem principali adseritione, primo deducitur materia necessaria, vel impossibili indefinitam equipollere vniuersali, gloss. in d. cap. vt circa. in verbo, aliorum. & ibi Dd. Communiter Bart. Paul. & alij in d. l. si pluribus. Ludouic. Loffus in l. si qui ducenta. §. vtrum. 29. col. ff. de reb. Sit exemplum, Homo est animal. perinde valet hæc, ac si diceremus, Omnis homo est animal. item hæc, Homo non est asinus, similis est huic, Nullus homo est asinus, Sic & ista, Triangulus habet tres angulos, idem significat atque illa, Omnis triangulus habet tres angulos. item illa, Insuper amat Deus, ita intelligitur, vt omnem iustum amet Deus. Immo materia necessaria, vel impossibili, particularis propositio vniuersali equipollat, & ideo, si particularis in hac materia est vera, vniuersalis erit vera, si particularis est falsa, itidem & vniuersalis erit falsa, vt Quidam homo est asinus, si enim ista est falsa, & impossibilis, illa itidem, Omnis homo est asinus, erit falsa, & impossibilis. Eodem modo ista, Quidam homo est animal, propter materiam necessitatem, idem valet, ac illa, Omnis homo est animal. Cur autem in hac prima illatione indefinitam dixerim vniuersali equipollere, ea est ratio, quod materia subiecta necessitatis, vel impossibilis casus eam significatiuam exigat omnino.

Secundo inferitur Indefinita negatiue conceptam, vniuersalem significationem habere, rex. est in d. §. vtrum. q. quæ ibi not. Fulg. in l. iurigeni. §. sed si fraudandi. ff. de pact. Deci. consil. 3. col. 3. idem consil. 490. col. 3. Philip. Probus in d. c. vt circa. Hieron. Cagno. in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur. Dyn. in rubr. eiusd. tit. 8. & est ratio, quia negatio apposita subiecto aut termino communi facit orationem vniuersalem. quod & Titelmans docet lib. 3. Dialecticis. cap. 8. hæc etenim propositio, nullusquam homo agit, eadem est in significatione, ac si diceretur, nullus homo legit, ea enim vis est negationis, vt totum quod sequitur, negat vt sua virtute æque in distantia, atque in propria, quæ agat optima gloss. in c. cum dilectus in verbo a suspensio de compet. sing. secundum Card. ibi col. 4. alia in l. hoc genus. ff. de condi. & demort. quam ibi sequuntur Bart. Alber. & Paul. Castr. dicit notabile Bald. in l. si vt poponis. col. 2. C. quo. & quando iudex. explicat eleganter Dec. in c. an sit. fin. col. de appellat. Oldra. consil. 16. tal. in l. d. uortio. §. quod in anno. n. 24. ff. solut. marit. Alciat. in l. hæc. §. de iur. iur. mone. ff. de signifi. si quis etenim proprio testamento ita scriptur ferit, Lego Titia centum, si Sempro non nupterit; hoc significat, vt dicitur, vt nec primis nuptiis, nec secundis nec vltioribus Titia nubat à Sempronio, ita sane Iuriconsultus hæc verba interpretatur, quemadmodum Accursius, & alij, quos modo retuli, censent, pro quibus etiam est optimus textus in l. si ff. de verb. obligat.



Undecimo ex his adnotanda simul, & defendenda est decisio Innoc. qui in *caudis. de prescript.* dixit, indefinitam minime habere vim vniuersalis in Probationibus, nisi ex relatione, aut interrogatione vniuersaliter proposita aliud colligi valeat, ea ratione, quia materia subiecta hunc intellectum exigit, cum probatio debeat necessario concludere. *cap. in presentia. de probat.* vbi eleganter Dec. num. 17. nec sufficit ad constituendam probationem perfectam, praesumptiones, nec coniecturae, ex quibus potius, quam ex vera, & propria significatione indefinita aequipollet vniuersali, qua ratione commendari debet opinio Inno. quem sequuntur ibi Abb. & Fel. num. 24. Alex. in l. *re scriptum. in princ. ff. de pact. idem conf. 108. lib. 2. Dec. conf. 61. col. pen. Rip. in c. cum M. no. ab. 7. Fel. in c. cum omnes. n. 23. Dec. ibi. 2. lect. & Ex ea, num. 1. de consir. Philip. Prob. in d. c. vt circa. Et licet non defuerint, qui contrarium tenere tentauerint, haec tamen est receptor sententia, in quo ipse iudicem admonerem, vt diligenter omnia consideret, quod tutius deliberare valeat, an sit vbique locus huic assertioni. Ex qua etiam illud solet asseuerari, non probari sufficienter mandatum procuratorum alicuius capituli Cathedralis ecclesiae per instrumentum, in quo dictum sit, Canonici ecclesiae Cathedralis S. Mariae Salmanticensis constituerunt stempronium procuratorum. Potuit enim actus hic fieri a duobus Canonici, & vera esse verba instrumenti, atque ita in ea specie non habere praefata verba indefinitae vniuersalis orationis significationem asserunt, Oldra. conf. 100. Alex. conf. 7. lib. 1. & ibi Carol. idem Alex. conf. 49. col. pen. ver. praeterea, & conf. 112. lib. 7. Fel. Dec. & Ex ea in d. c. cum omnes. idem Fel. d. c. *auditis. num. 24. Ia. in l. 2. col. vlt. ff. de liber. & posthu. Dec. in c. 3. loco. col. 3. de probat. Io. Staphil. in lib. de literis gratis, & iustitiae. fol. 169.* Ceterum ego hanc sententiam non admitterem eo casu, quo in mandato dictum esset, capitulum ecclesiae Cathedralis Salmanticensis Constituit stempronium procuratorum. hoc etenim nomen collectivum sufficit, vt ab omnibus Canonici mandatum concessum esse existimemus ex Oldra. & aliis, quos ad eius sententiam comprobendam adduximus, & praesertim Iafone, Staphilao, Carolo ac Felino, & Decio in d. c. cum omnes. idem ipse censerem, si dictum esset in mandato, Decanus & Canonici, id enim sufficeret, sicuti posset id colligi ex aliis verbis in eodem mandato expressis, quod iudicis arbitrio relinquere oportet.*

Duodecimo ex his, quae superius adnotauimus deducitur hoc in tractatu minime fore necessariam Bartoli distinctionem in d. l. si pluri bus. dum dixit in materia odiosa indefinitam non aequipollere vniuersali, rursus tamen in fauorabili vniuersalem significationem habere, & idem probant Domin. & alij in d. c. vt circa. Dec. conf. 343. col. 3. Fel. in d. c. *auditis. nu. 24. idem in c. vlt. de treug. & pace.* Hec etenim consideratio sufficiens non est, quandoquidem, siue actus in fauorem, siue in odium tendat, ex propria significatione, ex mente disponentis ex materia subiecta consideranda est propositio indefinitae vera & congrua interpretatio.

Decimotertio hinc colligitur verum esse, quod Bartol. scribit in l. ab hostibus. sed quod simpliciter ff. ex quib. caus. maior. num. 7. dicens indefinitam vniuersali non aequipollere, vbi vniuersalis propositio significatio indefinitae aptata, prauum intellectum inducit: id enim non alia ratione probatur, quam quod alienus omnino sit prauus sensus ab ipso, qui in definitam orationem protulerit, & ea quidem causa propria indefinitae significatio assumitur, nec vitium interpretatione benigniori, ad effugiendum prolatae orationis absolum minimeque convenientem intellectum, quod ab omnibus receptum est.

Decimoquarto hinc constat ratio text. in l. placet. ff. de liber. & posthu. quo in loco Iurisconsultus scribit institutionem illam; instituo posthumum heredem, non tantum presentem factum existentem in vxoris vtero, sed & futurum ex quacunque vxore posthumum comprehendere. Nam ea interpretatio procedit a verisimili testantis voluntate, qui quocumque filium sibi nasciturum vsus pietatis officio ad propriam hereditatem admittere paterna dilectione gestit.

Decimoquinto aperitur inde intellectus ad cap. quia circa. de priuileg. vbi conuentio seu priuilegium de decimis non soluendis concessum ab eo, qui ius habebat percipiendi decimas, ita interpretandum est, vt non tantum intelligatur in his agris quos eo tempore possidebant hi, quibus ea est data immunitas, sed & in his, qui postmodum ab eis fuerint acquisiti, atque ita, vt inquit Romanus Pontifex, ea immunitas

verbis indefinitis concepta vim habet, ac si vniuersali oratione data fuisset: hoc etenim procedit a mente concedentis; qui ius sibi ipsi competens solenniter, & iuratum eam dispositionem, quae est tantum preiudicium, & beneficium est, intellexisse videtur. I. veteris. ff. de pact. & ibi dilecti. de donatio. cap. quamuis. de praesent. in 6. l. 2. c. de bonis ratiocinatis. notat in hac specie Abbas in d. cap. quia circa. Fel. in cap. quam quastio. de rescript. num. 12. Iason in consil. 23. lib. 3. v. incertum. Herculanus quast. i. fundamento 11. Fortun. in l. Gallus. §. & quod totol. in l. si ita. ff. de auro & argent. legat. Iason in l. si stipulatus fueris. I. ff. de verborum obligat. Alciat in l. verbum erit. ff. de verborum significat. qui simul & Albertus Brunus in tractat. de aug. & diminutione clas. 9. rursus idem Iason in l. qui filius. num. 12. ff. de legat. 1. d. Herculanus, d. quast. 1. plura tradidit in ea questione, quod dispositio qualibet non tantum in praesentibus, sed & futuris accipienda sit, praeter hos erit legendus Cathol. Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. gloss. §. 5. num. 18. ac Socium. nior consil. 98. lib. 1. est item & aliud, quod ad interpretationem d. cap. quia circa. haec in re attinet, quia eadem est ratio de decimis futuris, quae de presentibus secundum Henric. in cap. quia circa. col. um. 1. t. quae quidem eiusdem rationis consilium ratio deducenda est ab ea ratione decedendi, quam modo tradidimus, cum alioqui appellatione decimarum, futurae decimae minime contineantur. cap. tna. §. vltim. de decimis.

C A P V T XIII.

De conditionibus donationis contractui adiectis.

SVM MARIA.

1. Donationi perfecta incontinenti potest adijci conditio modus, non ex teruello.
2. Conditio seu pactum apponi potest donationi etiam in utilitatem tertij, si ei ex hoc actio queritur, traditurque inibi intellectum I. quatuor. C. de fin. que sub mod. vbi quod possessio donati conditio existente, siue traditio ne in donarium transferatur.
3. An huic tertio sicut acquiritur actio personalis, an etiam acquiritur actionem absque rei traditione?
4. Intellect. l. 1. c. de donat. que sub mod. & vltim. nu. 6.
5. Intellect. l. Regis. 7. tit. A. part. 1.
6. Anl. C. de donat. que sub mod. habeat locum contra ecclesiam donatam, que recipiendo rem alimenta donatori promittit.
7. An possit donator pactum appositum in fauorem tertij absentis renouari.
8. Intellect. ad text. in l. si cum fundum. ff. de pact.
9. Pactum in fauorem tertij donationi appositum, etiam inuito donatore parit & donatorio seruari.
10. Iuramentum donatoris impedit renouationem pacti seu conditionis adiectae donationi.
11. Stipulatio notarij donatoris nomine absentis concepta, an impediatur renouationem pacti & conditionis vel modus.
12. Vbi absentis per alterum actio queritur sine cessione, necessaria est ipsius absentis ratihabitio.
13. Intellect. l. Regis. l. 3. tit. 8. lib. 3. or. 1. nat.
14. An in ecclesia transferat dominium absque traditione ex pacto d. l. quatuor & quadam de acceptatione donati.
15. Contractus innominatus etiam factus in fauorem pie causae, postea non re integra admittitur.
16. Mandatum morte mandantis expirat, etiam si praestitum fuerit ad finem causae.
17. Haeres donatoris non poterit renouare pactum donationi appositum in fauorem tertij.
18. Quia de panna appositio pro facere pacis conferuando, an possit renouari prauiucium sibi, vel ecclesiae?

Perfectae donationi nullas posse adijci conditiones quod donatorio inuito Casarum constitutione statutum est in l. perfecta. Cod. de donatio. que sub mod. in hac verba, perfecta donationi conditiones postea non capit, quae quidem probant, donationi perfecte non posse apponi conditiones ex interuallo, licet incontinenti id permissum esse videatur, siquidem ex propria vi & natura dictio postea interuallum ostendit, text. & ibi gloss. in l. in bone sicuti. C. de pact. in l. qui proceperem. ff. de procurat. l. iurisdictionem. §. quoniam. ff. de pact. l. 1. §. item l. abeo. ff. quod vi, aut clam. lib. ex Castren. in princ. ff. de Castren. notul. cum pluribus quae ad hanc rem congerit Andreas Tur. quel. in l. si inquam. C. de reuoc. donat. in vlt. postea. igitur incontinenti donatio & si perfecta, etiam inuito donatorio, conditiones iuxta donatoris voluntatem optime admittunt, quod deducitur ex eadem l. perfecta. in secund. part. text. opo.